Fragmentarium

postmodum per legis doctores et
prophetas: ad extremum vero per
apostolos. dum plebis sue mo
res excoluit: quasi per operarios
in vinee cultura laboravit. quam
vis in quolibet modulo vel mensura: quisquis cum fide recta bo
ne actionis predicator extitit.
huius vinee operarius fuit.
Operator ergo mane hora ter
cia et sexta et nona. antiquus
ille et hebraicus populus desig
natur: qui in electis suis ab ip
so mundi exordio. dum recta
fide de[...]
non desi[...]
borare. Ad undecimam vero
gentiles vocantur: quibus et
dicitur. Quid statis hic tota
die ociosi? Qui enim transacto
tam longo mundi tempore. pro
vita sua laborare neglexerant:
quasi tota die ociosi stabant.
Sed pensate fratres: quid inqui
siti respondeant. Dicunt enim:
quia nemo nos conduxit.
Nullus quippe patriarcha:
nullus propheta venerat. Et
quid est dicere ad laborem nos
nemo conduxit: nisi vite no
bis vias nullus predicavit?

Quid ergo nos a bono opere
cessantes. in excusatione nostra
dicturi sumus: qui pene a
matris utero ad fidem veni
mus. qui verba vite ab ipsis
cunabulis audivimus. qui
ab uberibus sancte ecclesie potum
superne predicationis sumpsi
mus cum lacte carnis? R.
In sudore vultus vesceris pane
tuo dixit dominus ad adam cum ope
ratus fueris terram. Non dabit
fructus suos sed spinas et tribulos
germinabit tibi. V. Dixes quod
[...] maledicta terra [...] tuo.
Non dabit. Lectio nona.
Possumus vero et easdem
diversitates horarum. etiam ad
unumquemque hominem per
etatum momenta distinguere.
Mane quippe intellectus nostri
puericia est. hora autem tertia
adolescentia intelligi potest:
quia quasi iam sol in altum pro
ficit dum calor etatis crescit. sex
ta vero iuventus est. quia ve
lut in centro sol figitur: dum
in ea plenitudo roboris solida
tur. Nona autem intelligitur
senectus: in qua sol velut ab

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 390, 1r mit Farbkeil – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ygie/378/5577)